



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrum Misericordiae Palativm

Variis Sacrae-Scripturae Locis, Atque Septem misericordiae operibus quasi
peristromatibus exornatum

Gzaeus, Nicolaus

Augustae Trevirorum, 1618

Contra Caluinum & Lutherum qui falso affirmant Hominen iustum
mortaliter peccare opera Misericordiae exercendo cap. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54477)

fidem solam sine operibus iustificare, ne fortè hæreticorum & infidelium sordibus coinquinatus in æternum corruat supplicium.

*Hic niger est, hunc tu Romane Ca-
ueto.*

Horat. Saty. . . .



CONTRA CALVINVM
ET LVTHERVVM QVI
FALSO AFFIRMANT HOMI-
nem iustum mortaliter peccare ope-
ra misericordiæ exercendo.

CAPVT. IV.

ANtecedentium elusis conatibus, ani-
mose hostem prosequamur, siquidẽ
video Calvinum necnon Lutherum in nos
insurgere, nostrumque Charitatis demoli-
ri velle domicilium. Insurgunt ambo, di-
cuntque hominem opera misericordiæ ex-
ercentem, mortaliter peccare. O blasphemiam inauditam! Quis præcor non arma-
sumat, non in hos irruat Sicophantas? Ter-
rentur his vocibus idiote, at quibus aliquid
scientiæ inest mendacij & blasphemiæ eos
con-

*Art. 31.
Damn. à Leo-
ne 10.*

*Aur. contra
Trident. §. 6.*

conuincunt. Impudentes; si homo per bona opera iustificatur, quomodo eū peccare dicitis? in verbis vestrīs lucida apparet cō-
 tradictio, nihilominus, Calvinus noster inficiam, indoctum, bestiam vocat, eum qui contrarium tueri n̄ titur. Si ita est igitur per opera bona quæ fecit Virgo mater, non vitam, sed æternam sibi promeruit gehennam, Quis demon vnquam, tam inauditam ausus est effutire blasphemiam? O perditē! Si vera tua foret sententia, sequeretur Tobiam in operibus Misericordiæ peccasse, Cornelium in eleemosynis dandis offendisse, Zachæum nihil præter supplicium promeritum esse, cum Christus ipse mendacij te redarguat, siquidem datam ei conscientiæ asseueret tranquillitatem, ob opera Misericordiæ exercita. Si vera tua foret Doctrina, ò insane, cur dominus præciperet, *Sic opera vestra bona luceant coram hominibus, ut glorificent Patrem vestrum qui in caelis est?* Siccine ergo tenebræ peccatorum, hominum mētes illuminabunt? *Vae vobis hypocritæ, qui dicitis bonum esse malum, & tenebras lucem.* Tu pie Iesu illumina mentes hominum, ne quisquam insulfam sequatur doctrinam. Vos autem hæretici, oculorum aciem pandite, neque ita impudenter

Tob. 3. & 12.

Act. 10.

Luc. 19.

Matth. 5.

Isaie. 5.

denter veritatem impugnetis. Denique si vera foret horum Doctrina nemo virtutes amplecteretur, nemo daret eleemosynam, nemo proximi calamitates subleuaret, peregrinos hospitio reciperet, infirmos visitaret, captiuos redimere vellet, nam hæc omnia iuxta vestram ô heretici doctrinam, peccatum mortale inducerent. Non foret boni & mali distinctio, virtutis & peccati remuneratio; nam tantum meretur, quis, bona proximi rapiendo, quam inopi, necessaria tribuendo. Hæc sufficiant, ad eorum confusionem. Veritas claret, veritas patet. Agedum Dauid, regie psaltes, victoriae canit trophæum. *Benedictus dominus Psal. 143.*

*Deus meus qui docet manus meas ad prælium
& digitos meos ad bellum.*



CONTRA PLEROS-
QUE CATHOLICOS QUI
INIVSTE PRINCIPIS ET
confratrum charitatem
damnant.

CAPVT. V.

Confractis inimicorum nostrorum vi-
ribus

Handwritten text on the right edge of the page, possibly bleed-through or a marginal note.